

**Collegium Iuris Consultorum In Universitate Rostochiensi Ad inferendas  
conditorio suo hodie hora 1ma pomerid. in Templo Mariano Exuvias Viri ... Dn.  
Andreae Amselii, Pandectarum, dum viveret, Prof. Publ. ... Dni: Collegae  
aestimatiss. Omnes Ordini Academico belle cupientes solertissime invitat : [P. P.  
Sub Sigillo Collegii Iuridici d. 2. Iun. A. R. S. MDCLXXXV.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1685]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724034>

Druck    Freier  Zugang



Colleg. ICtor.,

in A. Amsel.

R. 1685.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742724034/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724034/phys_0003)

DFG



2. 4.

# COLLEGIUM JURIS CONSULTORUM

UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

Ad inferendas conditorio suo  
hodie horâ Imâ pomerid. in Templo Mariano

Exuvias

VIRI

NOBILISSIMI CONSULTISSIMI EX.  
CELLENTISSIMI

# DN. ANDREA AMSELII,

Pandectarum, dum viveret, Prof.

Publ. celeberrimi, FCtatis item Juridicæ  
Decani gravissimi, Consistorii Sereniss. Ducum  
Meclenb. Assess. & p. t. Direct. Amplissimi

# Dni: Collegæ æstimatiss.

Omnes Ordini Academicò bellè cupientes solertissimè  
invitat.

ROSTOCHI,  
Characteribus JOH. WEPPLINGII, ACAD. TROGR.



Iserissimus Romani autor  
eloqvi solicita curatè trutinantis  
judicii lance perpendens, qvam  
evanida & fragilitati obnoxia-  
nortalium qvorum libet sit con-  
ditio, à qvâ nec vivida juvenum  
abhorreat etas, & in qvam proni-  
or inclinatioꝝ sit caduca cani  
corporis maturitas, elegantissimè  
de senectute alicubi fatur: *Omnis*  
*conglutinatio recens ager, inveterata facile divellitur.* Enim-  
vero è levibus omnino principio proletariam illam coisse  
compagem, lubricumq; istud glutinamentum, hominem,  
nemo nisi originis temere oblitus suꝫ ambegerit. Prout  
adeo, qvicq; recenti compactum est glutine, firmius co-  
haret operosiusq; dissolvitur; qvod verò inveterato are-  
factoꝝ nimis ferrumine continetur glutinoso, perfaciili  
negotio diffilit, rimisq; fatiscit: Sic à qvo tenero adhuc  
vegetive vitale possidetur gluten, is ægrius utique hoc flac-  
cescere sentiet, qvam ille, cui diutinā concussione maturi-  
tas qvædam horna ad dissiliendum opitulatrices manus in-  
gerit. Illi non malè difficiles obitus è Marone 4. *Eneid.*  
applies, qvibus luctantem animam nexosq; resolvere ar-  
tus, laboriosæ plenum opus est aleæ, dum conclamatis penè  
rebus, ultimus (qvod dicitur) rudens rumpitur, obtusæq;  
aures oculisque novissimus horror ingruit: uti è contra  
huic non inconcinnè tribus mitem obitum, cuius 3. An-  
nalium Tacitus meminit. Invictissimum illud triumphantis  
tolerantiae exemplar Hhusites, nec immemor hujus erat li-  
mosæ generationis in grandi illâ curniæ jacturæ mole, caus-  
satus ex argillâ glutineve confluisse & coaluisse mortale ly-  
kema, nec nisi malè materiatam esse casulam, ruinosam uti-  
q;

que & labilem ; ubi gravior tempestuosi aeris procella in  
ipsam irruat. Ceterum uti paries palea satiatus inani, maden-  
te adhuc vel inspissata nonnihil argilla, consolidatus perstat,  
nectam faciliter operâ dejici dissiparique potest, quâm si quæ  
maceria per aliquot temporis intervalla absunto tenaci hu-  
more exiccata, & fatiscentibus ferruminantis luti adminicu-  
lis debilitata sit , eam qvippe levi impulsu moveri, concuti  
disturbarique ceras. Non absimili ratione eum, in quo hu-  
midum adhuc prævalet radicale, qviqve novissimè coœun-  
tia agnoscit humani glutinis lutive primordia , ægræ ac vix  
divelli contingit , cum hic, qui glutini tabescenti glebæve  
fatiscenti in maturiori ævo similis existit homo, perlevi con-  
cussu nutet, ruat, subsidatque, argilla resolubilis, limus leviter  
diffluens, & pulvis tenui halitu diffabilis. Inde tot sæpè  
dies gravissimè cum ultimâ catastrophe vegetos qvidem  
colluctari videoas juvenes , ut dirigeat spissâ gelidus formi-  
dine sanguis ejus, qui oculis tam acerba observat fata ; Senes  
verò lentâ morte contabescere & sensim placideque extin-  
gui ac obdormiscere comperias. Tale enim qviddam in his  
observare licet, quale in luculento igni sopiendo spectamus,  
qvem vix affluentiori latice extinxeris , cum idem , si defla-  
grare saltē sinas, nullo strepitu nullis crepitaculis consile-  
scat & soporetur. Et veluti, Tullio teste, porta ex arboribus,  
si cruda sunt, vi avelluntur , si matura coctaque, decidunt:  
Sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. Nec  
incommode àflammâ deficiente, tralatione ductâ decrepi-  
ti senes sunt dicti, qui viribus per ætatem fractis vigore pristino  
jam destituti existant, & qvibus juxta effatum Lucretianum  
annis corpus jam marcat & artus Confecti languent.  
prout qvippe ignis absunta, quâ alebatur, materiâ, stipulis, cre-  
miis, spinis, carduis, assulis aliisque ignem nutrientibus qvi-  
sqviliis, defieit, & crepitum insigniorem, qvem ante a non per-

funicoriè ardens edebat, explodere definit: pariter senilis  
vita expirante, qvo abundabat priùs, vivido calore decre-  
pat, clausescit & absimitur. Si illa facilior caduciter solubilis  
effoëti corporis dissipatio rigidis qvorundam prisorum ani-  
mis penitus admissa fuisset, non tam immani barbaro pro-  
pudiosoq; violentæ dissolutionis genere in seniles turpiter sa-  
viissent exuvias. Tradunt Hyperboreos illos penitissimos, qvi  
in extimo orbis tractu siti sunt, homines rigentis barbarie &  
omni humano generi insociales, eos, qvi longo ævo vixerunt,  
post epulas & familiare convivium sertis redimitos è rupe ab-  
ruptâ in mare præcipites dare. Qvod de Caspiis qvoq; memo-  
riæ proditum est: nam filii parentes septuagenarios domi  
clausos, aut in loca inulta & deserta, intimasqve solitudines  
expositos vel famee pœchos siti & inopiâ conficere, celebre fu-  
nus putarunt. Apage foedissimam illam in veterata congлу-  
tinationis divulsionem! Ruit ipsa sat ocyter & ad utrumque  
properabunda suspirat halitum cyanida flaccidaqve senum  
vita, nullo alio egens impulsore vel destructore, ceu qvæ in  
corruptionis portum plenis remis velisqve contendat.  
Qvam ceteroqvi fluxa & fugitiva, qvam cephica qvamqve  
ultrò abiens mortalium ætas sit, id qvidem cotidianus indies  
pulsati æris funesti sonus amplissime incusat, tam facile sub-  
indicans labare corrueqve mixtum caducos homines, & te-  
neros & adultos & vegetos & emarcidos, qvam facile juncus  
in siticulosis locis arescit, aut dissipatur tela aranei, aut oleæ  
flores decutit sideratio: nullum vel invalidum omnino hic  
injicientibus universali fragilitatis legi sufflamen vernante  
ætate, vegeta valetudine, & virili rohore imaginariis huma-  
niæ temeritatis præsumptionibus. Etenim qvæ hæc qvidem  
credatur sanitas, qvæ illa firmitas, qvæ demum vita? qvam hu-  
mores tumidam reddunt, dolores extenuant, ardores exci-  
cant, ærea morbidam efficiunt, esca inflant, jejunia mace-  
rant, joci dissolvunt, tristitia consumunt, solicitude coar-  
ctat-

Etat, securitas hebetat, divitiae inflant & jactant, paupertas  
dejicit, juventus extollit, senectus incurvat, infirmitas fran-  
git, moeror deprimit. Scilicet sic alternatim totius deficit  
corporis vigor, ut paulatim ad se homo ducatur, meliorem  
que illam partem aestimet, quâ vivit & quâ vixturus etiam  
cum desierit. Omnis in penetrali thesaurus locatur: atque  
anima thesaurus est & in corpore latet, æternus in caduco  
fragiliqe. Pereant, corruant, disturbenturque mobilia  
mortaliū corporum magalia, versatilia illa Diogeniana  
dolia, evolat ad augustius palatium, ad pausilypum ~~αχειροποίητον~~  
liber æruminis vita spiritus ibi securissime in duraturas man-  
siones se receptarus. Mansisse eandem dissolubilis leviter  
inveteratae conglutinationis sortem, Venerabilem senem,  
Virum Nobilissimum & Consultissimum DN. ANDREAM  
AMSELIUM Antecessorem hujus Universitatis celeberrimi-  
num, Collegam nostrum conjunctissimum, tristis eheu! pa-  
tulis buccis experientia eloquitur: Neque enim diu est, ex  
quo vegetum vigenterque eum intueri licuit, nunc luctu-  
oso cum florentissimæ familiæ dispendio surreptum, nec nisi  
in decretorio olim die tanquam æternitatis candidatum  
revidendum; Cujus vixtroram memoriam celebremque  
laudatissimis studiis famam recensione clarorum natalium  
& honestissime actæ ætatis publico exposuisse lubet. Duo-  
deviceima erat Novembris lux anni partæ per sospitatem  
salutis MDGXXV. cum fragili vita conglutinatione & ter-  
renz lucis usurâ frui inciperet aestimatissimus Dn. Collega,  
Geniture quidem gaudens Viro Eximio præstantissimo ac in-  
tegerrimo DN. JOHANNĒ AMSELIO, Collegii nostri  
qvondam Secretario dexterimo; Genitrice verò Matrona-  
rum amplissimâ ornatissimaqve ANNA ~~UBBECHEN~~.  
Avum paternum coluit Virum undiqueqve laudatissimum  
DN. ANDREAM AMSELIUM è non ignobili Stiria oppi-  
do ~~STETIN~~ tales ducentem, & propter turbamenta diffi.

di Religiosi sedem inde mutare hucqve transferre co-  
ctum; Aviam maternam femineā laude ac virtute maximè  
conspicuam MARTAM HEDERMANS. Avus Ma-  
ternus ipsi extitit Nobilissimus & Consultissimus Dn. GEOR-  
GIUS LUBBECHIUS, U. J. D. & Dicasterii provincialis  
Mecleburgici Advocatus amplissimus; Avia autem mater-  
na Feminarum Clarissima WENDULA KÖNIGSEN. Irri-  
guo divinoqve sacrifici fontis latice cœlesti iniciatus regno, so-  
lertissimā solicitorum maximopere de probâ subolis educa-  
tione parentum curâ, pueritiam & adolescentiam per omni-  
um honestarum artium cultum transegit, literisqve non le-  
viter imbutus solidioribus mirâ indole effloruit. Expleto  
uno ultra tria lustra ætatis anno Lubecam missus, omnibus  
iis sedulò invigilavit studiis sub doctissimo moderamine præ-  
cellentis tunc & insignis Philologi Dn. M. JOHANNIS  
KIRCHMANNI, qvorum maturior viriditas parentum ef-  
flagitaret consensum, ut ipse ad exteris oras Neophytus ma-  
joris eruditionis cupidus transferretur. Allectus itaqve fa-  
mâ Electoralis Academiæ, qvæ in Regio Prussorum monte  
floret, isthuc abiit, & cum eximiâ laude aliquantis per ibidem  
commoratus, ut publico commonstraret specimine, qvam  
gnaviter philosophiæ navasset operam, conscriptam de Legi-  
bus Disputationem Politicam sub Præsidio Viri Maximè Re-  
verendi & Excellentissimi DN. JOHANNIS QVISTORPII,  
Theol. D- & Professoris qvondam in hac alma celeberrimi,  
tum verò Philosophiæ Magistri pariterqve Regiomonti de-  
gentis, felicissimè defendit. Inde ubi in patriam revertisset,  
uberrimo Juris studio incensus prælaudati Avi materni DN.  
GEORGII LUBBECHII, U. J. D. & Practici consultissimi  
vestigiis firmiter inhaerere deerevit, adjutus insigniter beni-  
gniori operâ celebratissimorum Antecessorum publicè hic  
privatimqve tunc jura eruditissimè profitentium. Etenim  
haustâ non proletariâ Themidis scientiâ è privatis lectoriis  
& dispu-

&disputatoriis Collegiis, potissimum sub Nobilissimo Amplissimo & Consultissimo DN. D. JOACHIMO SCHNOBELIO famigeratissimo tunc Rostochiensi Antecessore, mox & Syndico Sedinensi Excellentissimo, habitis non modò in duobus, Juris scilicet civilis & feudaliz, disputatoriis Collegiis publicis, & qvidem priori binas è digestis, posteriori verò unam è Feudorum jure sub ipsiusmet, sed & aliam qvandam de injuriis & famosis libellis sub Nobilissimi & Consultissimi DN. NICOLAI Schützen/ Antecessoris celeberrimi præfidiis Disputationes juridicas omnes publicitus masculè defensitavit. Post tam prælustria scientiæ juris documenta à Collegio nostro indeptus est facultatem Institutiones imperiales studiosæ Juventuti privatim prælegendi, nec diu post, die nimirum V. Febr. A.M DCLII. dissertatione inaugurali de intricatissimâ possessionum materiâ egregiè elaboratâ liberrimum sibi aditum ad summos in utroqve Jure honores decentissimè comparavit. Ceterum nec dum deferbuerat in ipso ardentior cupido exoticas invisendi regiones, quo sine sibi proposito ut commodiùs potiretur, oblatam honoratiorem Ephori spartam, qvâ studium, consilium, fidem, operam solertissimè accommodaret Nobili cuidam, & florentissimo Viro Juveni DN. JOHANNI RHEDERO Willstriâ Holsato, Iubentissimè suscepit, hunc suæ curæ commissum Virum Juvenem adeò indulgenter habens & solicite erudiens, ut ducis optimi exemplo hic non segnior miles instans, Lugduni Batavorum haut multo post doctorali pileo insigniretur, publicus Amselianæ virtutis & diligentia præco ac testis. Allubuit hinc, qvicqvid visu memoratuqe dignum augustissima Britanniaæ Galliæqve imperia continent, attentissimis oculis usurpare, inqve futuros aliquando publicos usus solicitissimè observare. Interea cum domi vacans Secretarii Academicí munus fieret, evecto ad Professorium culmen Viro Nobilissimo Amplissimo & Confui-

Consultissimo DN. HERMANNO ~~EMBRE~~ / Antecestore qvondam celebratissimo, redux ipse in columnis hanc sibi demandatam spartam pro virili per annos unde viginti exornavit. Vertente anno cum futuram vitæ sociam circumspiceret, ambire cepit clarissimam omnibusq; virtutum, qvæ in hunc cadere sexum possunt, dotibus cumulatissimam Virginem MARGARETAM SCHMIDIAM Eximiū & præcipui Viri DN. THOMÆ SMIDII, Civis urbici pri-marii filiam, qvæ divinâ sic disponente gratiâ, consentientibus utriusq; partis parentibus cum ipso in manum convenit. Neq; vero inheres jugale hoc vesticontubernum extitit, cum per septem exinde producta desideratae fœcunditatis πημάτια, tres nempe filias & quatuor filios posteritati interesset & seriem generis sui prorogare consultissimo DN. Collegæ datum fuerit. Et licet filiorum aliquis JOHANNES A. 1660. immaturiori ævo ereptus, filiarumq; qvædam adulta jam florentissima ætate & virtutibus virgo MARGARETA eodem ante annum mense, quo mortalitatem nunc exuit B. DN. Paren, acerbo funere mersa, mox secuturum ad celestia gaudia patrem antecesserint, felicius nunc cum illo in pacificis & tranqvillis æternitatis mansionibus ævum acturi ; Nihilo tamen minus superstites adhuc binæ filiæ coruscanti virginarium virtutum jubare fulgidissimæ ANNA & CATHARINA, tresq; eximiæ indolis & optimæ spei filii THOMAS qvidem & ANDREAS, U. J. Studiosi laudatissimi, ANDREAS verò humaniorum literarum cultor industrius, paterni decoris & laudis cœu-nominis heredes duraturam hujus memoriam famamq; honorificè propagant. Qvæ verðaliquot retrò annis Amplissimo DN. Collegæ ex merito & solenniter indulta erat facultas capessendi gradum in Jure utrum libet, incitavit ipsum, ut A. qvidem MDCLVII. Utriusq; juris Licentiâ, anno au-tem MD CLXXIV, Doctoris pileo in augustiori panegy-ri exor

ri exornari percuperet. Mox aliud insignius huic  
decori decus sociatum fuit. Singularis gratia Se-  
renissimi Duci ac Domini DN. CHRISTIANI LÜ-  
DOVICI, Duci Meckleburgici, Principis Vandaliæ  
Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverinensis, Ter-  
rarum Rostochii & Stargardiæ Dynastæ, Cancellarii  
Academæ Magnificentissimi, Domini ac Patroni nostri  
clementissimi, A. MDCLXXVI. Nobilissimo DN. Col-  
legæ Professionem institutionum, qvam vacuam reli-  
querat humanis rebus excedens Vir Nobilissimus &  
Consultissimus DN. CASPAR HABERMANNUS An-  
tecessor Excellentissimus, clementissimè contulit. Ea-  
dem Ducalis clementia & propensior gratia illum haud  
diu post, cum mortalibus interesse desisset Vir Nobi-  
lissimus Amplissimus atque Consultissimus DN. HEN-  
RICUS RUDOLPHUS REDEKERUS, Antecessor  
famigeratissimus, Serenissimi item Celsissimique Ducis  
Mecleburgici Consiliarius intimus, & Consistorii Du-  
cum Assessor gravissimus, hujus supplere locum jussit, ad-  
eoqve Professorem Pandectarū constituit A. MDCLXXXI.  
collato insimul ei Assessoris in Consistorio Ducum am-  
plissimo munere. Qvā fide qvāqve dexteritate his si-  
bi commissis perfunctus fuerit B. DN. Collega officiis,  
qvantā cum laude Jura publicē privatimqve prælecta in-  
stillaverit, bibulis Auditorum animis, qvām conspicu-  
um se exhibuerit in magnifico regimine Academico, ad  
cujus gubernaculum ante triennium admotus ipsem et  
erat, qvām freqventer comitiis provincialibus tām hic  
Rostochii qvām Stellæmonti & Malchini indictis habitis-  
que interfuerit, novissimè etiam ad publica, qvæ hic  
Serenissimos inter Duces & status provinciales ultro ci-  
tiroqve habita fuere, colloquia, à Serenissimo Duce Do-  
mino suo gratiolissimo clementissimè delegatus, qvos-  
que præterea gravitatis, doctrinæ, prudentiæ coruscos

undiqvaqve sparserit radios Amseliana Virtus, ea omnia,  
cum publica abunde deprædicet fama, nostris prolixius  
repetita illustrare encomiis haut opus esse remur. Egre-  
gia virtus abunde seipsa contenta est, qvæ qvidem qvō  
major est & absolutor, hoc magis fugitat gloriam. Sci-  
mus honores & titulos & reliqua dignitatum ornamen-  
ta nostro pretio cara esse, suo vilissima: scimus ubi ve-  
ra sit dignitas ac gloria, qvæ citra ambitionis labem exi-  
miis virtutibus comparatur, qvæ nullis invidiæ aut ve-  
tustatis telis perstringitur; Nihil enim est ex iis qvæ  
homines ambitionis æstu inflammati anxiè desiderant,  
qvod non aliquando atteratur aut consumatur oblivio-  
ne. Solus modestior animus & ambitiosæ laudum af-  
fectionis contemtor ipsa temporis vetustate splende-  
scit, & seram posteriorum progeniem tacitâ Virtutis  
admiratione deficaxam conciliat. Sed enim cum omnis  
noster status sub perpetuo motu consistat, & nullo in-  
tervallo distinctam felicitatem sperare lubrica mortali-  
um conditio vetet, hinc plus simplici vice Hygejam mi-  
nus propitiam expertus honoratissimus DN. Collega al-  
ternantis cum sanitate adversæ valetudinis impetum ef-  
fugere nequirit, qvi & ad fatalem cum metam demum de-  
duxit. Dum qvippe peripneumonia, continuusqve pe-  
ctoris dolor, empyema, hæmoptyxis, dyspnoea acutè febri-  
culo sum gravissimè angerent, tabificorumqve magis &  
magis irruentias symptomatum pallida examina omne vi-  
rium robur enervarent, & pretiosissima qvæqve cordialia  
ac alexipharmacæ ab Experientissimo & Nobillissimo Dn.  
Medente D. BERNHARDO BARNSTORFFIO pratico  
clarissimo præscripta pertinacior invalentiæ vis eluderet,  
convasandum esse ratus Excellentissimus Dn. Collega,  
eucharistico, qvod moribundis ad Deum iter instituen-  
tibus dari consuevit, corporis & sanguinis Dominicis sacra-  
mento refici expetiuit, ut instructior ad illam beatio-  
rem

rem, qvam mens imminentem præsagiebat, emigrationem foret. Accitus ergo cœlestis veniæ nuntius Vir plurimum Reverendus Amplissimus & præclarissimus Dn. M. HENRICUS CARMONIUS Pastor cathedralis vigilantissimus comparuit, acceptâqve prius religiosissimæ pietatis confessione, sacris ægri desideriis satisfecit, & cœleste ēφόλων illi in spectatissimâ ac tanti casum Viri lugentium coronâ subministravit. Dehinc compositam ad qvodvis divinæ voluntatis arbitrium animam continuâ rerum divinarum meditatione fovit, & postqvam ultimum sed luctuosissimum vale svavissimæ, cui ad aras sacramentum individui consortii dixerat, maritæ & dilectissimis liberis mœrore fermè exanimatis totisqve attionis & dolore rigentibus affectuosiùs dixisset, die vigesima septimo Maji labentis anni circiter undecimam matutinam, sexaginta prope annis in ærumnoso orbe hospes placidissimè expiravit. Sic dissipato divulsoqve mortali tatis glutinamento in augustius longe qve firmius se penetravit contubernium liberrimus ab ulteriori fragilitate spiritus B. Dn. Collegæ, ubi, qvæ hic in evanidis caussarii corporis atregiis perpessus est variantis fati fastidia, serenissimus vernantis palatii cœlestis tenor dispellit, æternâqve ipsum plenè saturum dubiæ mortalium coenæ dulcedine demulcet refocillatqve. Neqve tamen honoratior ejus memoria Collegio nostro unqvam excidet, ut potestate cui isthoc assessore qvondam frui, uti gratissimum extitit, sic nec ejus post fata dememuisse arctior amicitia nexus permittet. Ceterum qvæ vobis, Ærumnosissima Vidua, indolescentes liberi! qvæ tibi, mœrori immersa Familia Amseliana, mens sedeat exulcerata, satis superqve lamentabilis prodit vultus; in altum extensæ manus, distorti oculi, comæ nudataæ vulsaæqve ingeminant, propalant, expoununtqve. Verecundiam omnem calamitas excutit, &

lamenta

mentabiliter angitur & lugubriter diverberatur saucius  
& cum enormi solatii deliqvio conflictans amor: cier  
ululatus, videt nec videt, cursu fertur, miserabile est ejus  
silentium & loquitur dolentiūs. Nullas planè vel exiles  
capit inducias, noctes etiam sine somno absunt, dies no-  
ctibus nocentiores experitur, cubili exilit, miseriam con-  
ferto clamore exaggerat. Neque tamen omnes obices  
omniaque repagula, Vos afflictissimi, exundanti laxanda  
erant dolori. Adest, qui indignabundum increpat affe-  
ctum, & jussis conticescere vehementioribus tristitia flab-  
bris halcyonia adducit, ut differnet. Nil proderit, quan-  
tumvis exusti & exhausti malis vociferatione funeitā de-  
ploretis hunc casum, ut nec ipsum quidem tempus quie-  
tis quietem vobis afferat. Solum benignius Numen hæc  
tollere poterit mœstia onera, & tam quidem citò tamq;  
facilè ut stipulam vortex veltyphon. Illud intimius ve-  
stræ misertum lugubrioris sortis clementissimè efficiet, ut,  
qui malipræsentis gravitate estis præstricti, evanescentem  
calamitatis æstum sentiatis, non ultra clamoribus vagis  
non querelis inconditis indulturi. Is, cui serviunt Vir-  
tutes, curationes parent, obtemperant sanitates, vestro me-  
deatur potentissimè vulneri, lenem ipsi inducat cicatri-  
cem, consolidatosque reddat à mœrore animos, jacen-  
tes ipsius reqvirat benignitas, ut in integrum restituta ve-  
stra in columitas ad numeros exactissimæ decurrat felici-  
tatis, plenissimè lætificata.

Cum verò caslo anima corpori suprema hodie sint solvenda, ut  
eò solennius funebribus procedat pompa, omnes ordinis Academici  
fautores civesque percomiter rogamus, velint, qvibus commodum  
est, hora primâ pomeridianâ in Aede Jacob. numerosori frequentia  
exequivias venire, & inter eundum istud nobiscum serio perpendere:

Tendimus huc omnes, hæc est domus ultima cunctis,

P.P. Sub Sigillo Collegii Juridici d. i. Jun.

A.R.S.MDC LXXXV.

AS(o)SE



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742724034/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724034/phys_0017)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742724034/phys\\_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724034/phys_0018)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn742724034/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742724034/phys_0019)

DFG



rem, qvam mens imminentem præsum  
nem foret. Accitus ergo cœlestis ven  
trum Reverendus Amplissimus & p  
M. HENRICUS CARMONIUS Pasto  
lantisimus comparuit, acceptaque p  
pietatis confessione, sacris ægri deside  
leste ἐφόδιοι illi in spectatissimâ ac  
lugentium coronâ subministravit. De  
ad qvodvis divinæ voluntatis arbitriu  
nuâ rerum divinarum meditatione fov  
mum sed luctuosissimum vale lavavisse  
sacramentum individui consortii dixe  
lectissimis liberis mœrore fermè exan  
tonitis & dolore rigentibus affectuosiùs  
m. septimo Maji labentis anni circite  
tutinam, sexaginta prope annis in ærum  
placidissimè expiravit. Sic dissipato di  
tatis glutinamento in augustius longe q  
travit contubernium liberrimus ab ult  
spiritus B. Dn. Collegæ, ubi, qvæ hic in  
corporis atque percessus est variantis  
nissimus vernantis palatii cœlestis ten  
nâqve ipsum plenè saturum dubiæ mor  
cedine demulcet refocillatqve. Nequ  
tior ejus memoria Collegio nostro unq  
te cui isthoc assestore qvondam frui, uti  
tit, sic nec ejus post fata dememuisse ar  
xus permittet. Ceterum qvæ vobis, Ærun  
indolescentes liberi! qvæ tibi, mœrori i  
Amselfiana, mens sedeat exulcerata, satis  
bilis prodit vultus; in altum extensæ ma  
li, comæ nudatæ vulsaqve ingeminant  
nuntqve. Verecundiam omnem cal  
ingenitum à naturâ pudorem malivis ca



the scale towards document

Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63

Patch Reference numbers on UTT

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324